

TESTI

1. Hes., *th.*, 1011-1020. Κίρκη δ' Ἑλίου θυγάτηρ Ὑπεριονίδαο γείνατ' Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότῃ ἄγριον ἠδὲ Λατίνον ἀμύμονά τε κρατερόν τε: [Τηλέγονον δὲ ἔτικτε διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην:] οἳ δὴ τοι μάλα τῆλε μυχῷ νήσων ἱεράων πᾶσιν Τυρσηνοῖσιν ἀγακλειτοῖσιν ἄνασσον. Ναυσίθοον δ' Ὀδυσῆϊ Καλυψῶ δια θεάων γείνατο Ναυσινόον τε μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότῃ. αὗται μὲν θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι ἀθάναται γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα.
2. Nonn., *dion.*, 37.56-58. ἐνθα πυρὸς χρέος ἔσκε: φιλοσκοπέλοιο δὲ Κίρκης Φαῦνος ἔρημονόμος, Τυρσηνίδος ἀστὸς ἀρούρης. ὥς πάις ἀγροτέρης δεδαημένος ἔργα τεκούσης, [...]
3. Cic., *de rep.*, II fr. 1. Itaque illa praeclara constitutio Romuli cum ducentos annos et viginti fere firma mansisset lex illa tota sublata est.
4. Varr., *de ling. lat.*, VI 24-25. dicitur diem tarentum accas tarentinas. hoc sacrificium fit in Velabro, qu[i]a in novam viam exitur, ut aiunt quidam ad sepulcrum Accae, ut quod ibi; prope faciunt diis Manibus servilibus sacerdotes; qui uterque locus extra urbem antiquam fuit non longe a porta Romanula, de qua in priore libro dixi. dies Septimontium nominatus ab his septem montibus, in quis sita urbs est; feriae non populi, sed montanorum modo, ut paganalibus, qui sunt alicuius pagi.
5. Enn., *ann.*, I 72-91. Curantes magna cum cura tum cupientes Regni dant operam simul auspicio augurioque. In monte Remus auspicio sedet atque secundam Solus auem seruat. at Romulus pulcher in alto Quaerit Auentino, seruat genus altiuolantum. Certabant urbem Romam Remoramne uocarent. Omnibus cura uiris uter esset induperator. Expectant ueluti consul quom mittere signum Volt, omnes auidi spectant ad carceris oras Quam mox emittat pictos e faucibus currus: Sic expectabat populus atque ore timebat Rebus utri magni uictoria sit data regni. Interea sol albus recessit in infera noctis. Exin candida se radiis dedit icta foras luxEt simul ex alto longe pulcerrima praepes Laeua uolauit auis. simul aureus exoritur sol Cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta Auium, praepetibus sese pulcrisque locis dant. Conspicit inde sibi data Romulus esse propritim Auspicio regni stabilita scamna solumque.
6. Ov., *fas.*, IV 819-836. apta dies legitur qua moenia signet aratro: sacra Palis suberant; inde movetur opus. fossa fit ad solidum, fruges iaciuntur in ima et de vicino terra petita solo; fossa repletur humo, plenaequae imponitur ara, et novus accenso fungitur igne focus. inde premens stivam designat moenia sulco; alba iugum niveo cum bove vacca tulit. vox fuit haec regis: 'condenti, Iuppiter, urbem, et genitor Mavors Vestaque mater, ades, quosque pium est adhibere deos, advertite cuncti: auspiciibus vobis hoc mihi surgat opus. longa sit huic aetate dominaeque potentia terrae, sitque sub hac oriens occiduusque dies.' ille precabatur, tonitru dedit omina laevo Iuppiter, et laevo fulmina missa polo. augurio laeti iaciunt fundamina cives, et novus exiguo tempore murus erat.